Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De incarnatione - Cod. Ettenheim-Münster 216

Aubry, J. P.

[S.l.], 1713

Quaestio 6[ta[

urn:nbn:de:bsz:31-122286

Visual Library

Quæstio 6.

De causa morali sive meritoria Incarnationis

Ab finali ad Cām morale progredimur, qua licet ēm cās physice efficientē mediante cognōe moveat ad effectum producendum in eo tn differt, qd finalis moveat operantē ut Sit ipsa met dependter ab effectu ad quē movet, moralis autē quia est aliunde adqz positive vel saltē præcisive in gñe salutē vel nulla sit in exsistendo dependentiā ab effectu ad quē movet, vel saltē movet n̄ ut existens dependter ab illo, licet fortassis reipsa dependeat. porro si Cā moralis operantē movet ad retributionē vel præmii pro benefactis vel supplicii pro malefactis, Cā meritoria vel demeritoria appellatr. art. imo an Chūs vel aliq quispiam meritus sit vel mereri potuerit Incarnaōe quo ad substantiā.

Articulus 1mus

an Christus vel alius quispiam meritus sit vel mereri potuerit Incarnaōe quo ad Substantia

2\. Cā meritoria sive meritū idē ē ac obsequium per se potens movere ad retributionē præmii.

Dividitr Cōiter in cōdigna et cōgruū. cōdignum iuxta S. Thomā ē, qd sedum recta æstimaōē inter præmiū et meritū invenitr æqualitas.

Congruu, qd talis aequalitas n invenit, sd solu ton liberalitas dantis nunq tribuit, qd dante decet per aequalitae inter meritu dignu et pramiu n intelligit aequalitas arithmetica vi rãoe entis ac bonitatis seu pfectionis absoluta, sd aequalitas proportionis, cum nõ pramiu merito sic e pportionatu, ut ponderata praestantia operis, dignitae psona operantis, magnitudine ac munificentia pramiantis, n posset quenienter dari praemiu notabiliter minus, quale tn dari pt pro merito solu ggruo ad istud enim requirit solu aliqua proportio tanta npe, ut quis praemiu aliquo modo pprie mereri et pramiens et pramians n oio gratis et ex mera liberalitae pramiu pferre censeat, licet ei posset eni quenienter dare praemiu longe minus. 4.

Aliter dividit in meritu impetratoriu et compensativu. per impetratoriu intelligit illud qd e prima raa ad pramiu et ad illud pferendu movet qua e. atqz adeo respectu illius se ht ut caa moralis. per compensativu intelligit illud. qd e raa posterior ad praemiu et movet potius ut sit pseu ut per illud praemiu antici pato datu compensetr, atqz adeo respectu eius de praemii ht se per modu caa finalis. 5.

Iam quaerit an et qualis data fuerit, v dari saltem ptuerit caa meritoria Incarnatis v et quia haec penni pt dupliciter npe v quo ad substia, v quo ad circumstas,

Hinc sub utraque consideratione quaestio ista distinguitur sub priore quidem quaeritur, an christus, progenitores ipsius, vel creatura alia meritis fuerint, vel saltem mereri potuerint absolute, ut incarnatio daretur aliquo simpliciter; sub posteriore quaeritur, supposito quod aliunde ponenda fuerit incarnatio meritis, an quis fuerit, vel mereri potuerit, ut daretur in his potius quam aliis circumstantiis, puta hoc loco, hoc tempore, ex hac matre, ex his progenitoribus etc. priorem quaestionem isto, posteriorem sequenti articulo examinabimus

6\. Dicendum primo de facto B. Virgo nec alii progenitores Christi nec ulla alia pura creatura meruit de condigno substantiam Incarnationis. Ita communiter omnes Theologi. Ratio est quia nulla pura creatura eam potuit mereri, ut paulo post videbimus: ergo nec meruit. Et constat ex illo Apostoli ad Titum 3. Cum autem apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri Dei non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. uti ex aliis locis pluribus, quibus Incarnatio non meritis hominum sed soli divinae misericordiae bonitati et charitati tribuitur.

7 Dicendum 2. Nulla pura creatura quantumvis sancta substantiam Incarnationis condigne mereri potuit. ita communiter theologi. Ratio est, quia meritum condignum secundum rectam aestimationem habere debet aequalitatem cum praemio, sed nullius purae creaturae quantumvis sanctae meritum est potest simpliciter infinitum secundum rectam aestimationem et aequalitatem cum substantia Incarnationis, quae est dignitatis simpliciter infinitae.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Confirmatur. Meritum puræ creaturæ adæquat gratiæ et gloriæ, cum ergo dignitas Incarnationis longe superet præmium finitum gratiæ et gloriæ longe etiam superat meritum puræ creaturæ, unde clare sequitur nec B. Virginem nec antiquos patres nec angelos substantiam Incarnationis sic mereri potuisse. etc.

Dicendum est 2do Nulla pura creatura substantiam Incarnationis de condigno meruit vel mereri potuit, ita satis communis recentiorum. Ratio est, quia si actus aliquis puræ creaturæ mereri posset substantiam Incarnationis, sive unionem hypostaticam, modo ad substantiam posset a fortiori sic mereri quemcunque possibilem gradum gratiæ sanctificantis et gloriæ; sed hoc non potest fieri, ergo nec prius. Major patet, quia unio hypostatica est præmium incomparabiliter majus quocunque gradu gratiæ: ergo etc. Minor vero probatur quicunque determinatus actus puræ creaturæ de condigno meretur non nisi determinatum aliquem gradum gratiæ et gloriæ. antecedens est certum, quia quilibet determinatus actus puræ creaturæ condigne adæquari potest determinato alicui gradui gratiæ et gloriæ, ergo etc. Consequentia probatur nullus actus naturalis, qui de condigno meretur non nisi determinatam aliquam summam, v. g. unum aureum de condigno mereri potest milliones aureorum et quamcunque aliam summam possibilem, alias si subditus ob exiguum quoddam obsequium principi exhibitum meritus esset de condigno unicum aureum, hoc ipso eodem obsequio mereretur etiam de condigno milliones aureorum aut integrum Regnum, quod utique nemo dixerit: ergo etiam nullus actus supernaturalis ullius puræ creaturæ, qui de condigno meretur non nisi determinatum gradum gratiæ et gloriæ, mereri de condigno potest quemcunque alium possibilem, quia cum gradus alii possibiles sint plures et plures in infinitum, quilibet horum determinate

Accepto illi et adhuc magis excedit ab innumeris aliis adhuc possibilibus, quum unus aureus excedit a multis millibus aureorum. unde quod pura creatura suis meritis quantumvis magnis finitum gratiae et gloriae gradum mereatur, non sequitur eam de congruo mereri unionem hypostaticam, imo sequitur oppositum, quia nulla est in huiusmodi meritis proportio positiva ad illud praemium, qualis tamen proportio tamen est in meritis de congruo requiritur ut praemiantis ad collationem praemii potentialiter a merito et non a sua sola benignitate prudenter motus esse censeatur.

9\. Dicendum 2. de facto nec anima nec natura humana Christi de condigno nec de congruo meruit unionem hypostaticam sui cum verbo quo ad substantiam acceptam per meritum aliquod tempore prius eadem unione. Ita Com. et certa. Ratio est quia nec anima nec humanitas Christi extitit ante dictam unionem, sed in primo statim productionis instanti fuit hypostatice unita verbo. Ant. constat sufficienter ex auctoritate Ecclesiae quae illius veritatem definivit contra Origenem et Aurelium, quorum prior volebat animam Christi, posterior vero totam aliam naturam humanam prius tempore extitisse quam verbum incarnaretur. id ipsum Doctores communiter colligunt ex Luca imo quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei, si enim humanitas haec Christi non fuisset ab initio statim sua existentia unita verbo tunc ex B. Virgine non Dei filius, sed purus aliquis homo fuisset natus. C.

10\. Dicendum 3tio etsi nec anima nec humana natura Christi extitisset tempore prius quam uniretur verbo et magis a Deo gratis fuisset ornata, non tamen potuisset mereri se

de condigno unione sui cum verbo quo ad substantiam acceptam.
Rursum communis. Ratio est quia opera quaecunque pura
creaturae condigne adaequant per augmentum gratiae et gloriae,
ergo nullum mereri condigne potest unionem hypostaticam quo
ad substantiam acceptam: ut potest quae incomparabiliter adhuc
excellentior est quam dona quaecunque alia gratiae et gloriae
atqui tum anima tum tota humanitas Christi si extitisset
prius tempore quam verbum uniretur fuisset pura natura
ergo non potuisset per aliquod opus mereri condigne
unionem Hypostaticam.

Dicendum 6to etsi anima tota humanitas prius 11
tempore extitisset, quam verbo uniretur tamen
ne quidem de congruo mereri potuisset unionem
hypostaticam, ita recentiores multi contra alios theologos.
Ratio est quia tum et anima et tota humana natura Christi fuisset
pura creatura, atqui iuxta dicta num: 8 nulla pura
creatura mereri potuit de congruo Incarnationem
quo ad substantiam. ergo nec anima humana natura Christi
si prius tempore extitisset.

Dicendum 7mo nec anima nec humana 12
natura Christi merita est de facto aut
sic mereri potuit unionem hypostaticam
quo ad substantiam per meritum aliquod

Aliquod simul tempore cum eadem existens
sed tn naa prius, ita rursus comunis theologorum
Rao e quia etsi anima v humanitas in eodem
instanti reali temporis, quo verbo unita fuit
hypostatice, actum aliquem supernaálem elicuisset
pro priori signo natura ad unione hypostatica,
quod tn factum ee negat comunis theologorum
tamen ille actus ut in priori illo signo naa existens
et n dum a verbo dignificatus in vi merendi non
fuisset diversus ab actu pura creaturæ, qd non
potuisset ee condigne meritorius unionis hypostaticæ,
ut iam ex dictis patet.

13 Dicendum 4 Anima et humanitas Christi ... neque de congruo merita e unione hypostatica quo
ad substantiam per meritum existens tempore sed tn prius
naa adeita, Ratio e quia nullus actus pura
Creaturæ de congruo mereri potuit unione hypostatica
quo ad substantiam ut liquet ex dictis, quilibet
autem actus aæ v humanitatis Christi cum pro priori
naæ ad unione ~~existens~~ hypostatica existens, et nec
dum a verbo dignificatus habuisset se ut actus puræ
Creaturæ, ergo nec de congruo mereri potuisset
unione hypostaticam.

Dicendum 4º Christus quatenus dicit complexum ex verbo et humanitate 14
inter unitis non meruit aut mereri potuit Incarnationem quoad propriam
merito impetratorio. ita Commun: contra Suarez &c. Ratio quia
Christus non potuit unionem hypostaticam mereri nisi per merita ut
dignificata per ipsum verbum, nam actus meritorii Christi secundum
se praecise spectati ac praescindendo ab hac forma dignificante
neque potuisset mereri praemium tam excellens: atqui per merita
ita dignificata non potuit mereri dictam unionem. Minor probatur merita
Christi ut dignificata per verbum formaliter iam includunt ipsam
unionem hypostaticam tanquam suum constitutivum: ergo si illam
mereret dari Christo in praemium talium meritorum, aliquid idem
sibimetipsi datum fuisset in praemium nec praemium distingueretur
a merito impetratorio. quod videtur esse absurdum cum praemium
iuxta communem persuasionem sit formaliter fructus aliquod merito
impetratorio superadditum: et enim in humanis illiberale esset, si in
praemium alicui proponeret aut daret ipse actus meritorius
aliquid constitutivum eiusdem. quatenus est actus meritorius: ergo. 15

Dicendum ultimo Christus proprie nec meruit nec mereri propria
potuit suam Incarnationem merito ex compensativo tantum. ita Stan:
noldus lib. 4. tract. 1 cap. 9. num: 338 aliique Ratio fere eadem
quae prioris gelus: nam licet Deus unionem hypostaticam Christi
produxerit eo fine ut actus praestantissimos eliceret ac actu
praevidens: quod illos esset eliciturus si eis liberet, non tamen videtur potuisse
proinde velle, ut iis de propria sua excellentia et ipsa quoad
unionem hypostaticam intrinsece meritoria constitutiva velut
praemium anticipato datum compensaret, eoque non potuerit
illis meritis proinde in praemium dare aliquid formaliter constitutivum
eorundem

Sicut enim qualiter ad merita iam posita a dato praedenter in praemium aliquid contributive concurrit eorundem, ita nec antecedenter ad illa praedata data in praemium anticipato aliquid commode contribuere; Cum utrumque videatur arguere aequalitatem vel altiorem qualitatem praemiantis, praemiumque ab ipso merito debeat esse distinctum; nihil quod sibi ipsum quis mereri possit. Sol. obj.

Solvuntur obiectiones

Obj. imo contra q. 2. art. 3. Angelicus S. Tho. hic quaest. 2. art. 11 docet, antiquos patres desiderando et petendo incarnationem meruisse illam de congruo, eo quod congruum fuerit, ut Deus exaudiret illos, qui ei obediebant. Ergo antiqui patres meriti sunt, adeoque mereri potuerunt saltem de congruo Incarnationem.

R. nego ant. imo quidem, quia S. Doctor loquitur tum loco ... e de circumstantia Incarnationis non de substantia, dicit enim antiquos patres illud de congruo meruisse quod petierunt et desiderabant sed non petierunt Incarn. quoad substantiam, cum eam futuram esse indubitatam alias crediderint, ex divina revelatione eiusdem; pro certum cum eodem articulo citato ad 3um de ipsa quoque B. Virgine solum docet, quod meruit de congruo Maternitatem quae tamen est mera circumstantia Incarnationis. 2. quia licet eam substantiam Incarnationis petiissent, non tamen sequitur quod eam meruerint de congruo: quia non omne id quod subditus eius fidelis et obediens a suo principe desiderat ac petit, hoc ipso mereri censetur de congruo alias si modo subditus quisque eius vilissimus a suo Rege fidelis ac obediens desideraret ac peteret ab eodem in filium adoptari hoc ipso talem adoptionem de congruo mereretur, quod nemo dixerit. 3tio quia S. Doctor explicari potest de merito congruo late et improprie accepto pro quacunque demum dispositione ac praeparatione ad divinum beneficium suscipiendum.

Sic enim videtur alibi explicare seipsum Scotus et maxime in 3tium
dist. 4 quaest. 1 art. 1 in corpore, ubi ait, quod tota plenitudo Di-
vinitatis habitet in hoc, hoc excedit et portionem et meritum
humanum; unde nullo modo potest cadere sub meritum, nisi large
meritum dicatur quaecumque dispositio vel praeparatio ad aliquid habendum; quod ptà
respicit in hunc generatim S. Doctor. Nos vero solum dicimus
Patres non potuisse mereri substantiam Incarnationis merito congruo proprie
dicto, sive tali quod habuerit positivam proportionem et aliquam
imperfectam exigentiam in animo Dei ad Incarnationem, velut
in compensationem eius dandam condecenter et propter indicia potuerit. 17
Dices: Inter merita Patrum et substantiam Incarnationis, etsi non quidem
datur aequalitas, datur tamen aliqua proportio, quae sufficit ut mereri
de congruo merito proprie dicto, quia ad hoc genus meriti sufficit
aequalis proportio. Respondeo, nego consequentiam: nam, ut iam dictum est, requiritur
saltem talis proportio, ut praemians ob aestimabilitatem obsequii
condecenter possit saltem se moveri ad dandum praemium intuitu
obsequii et velut in compensationem ipsius; tam vero non quaecumque
proportio est tanta; sic enim si filius rustici subditus Regis
in terra forte lapsum reverenter attollat, licet quidem omnino
minimum obsequium proportionem aliquam ad largitionem
mille aureorum, aut etiam ad adoptionem huiusmodi alicuius in filium
Regis, non tamen haec proportio est tanta, ut Rex intuitu obsequii
tam exigui condecenter se moveri faceret ad talem adoptionem vel
largitionem tanquam praemium ac compensationem illius, adeoque ut
hanc Rustici celsitudinem de congruo mereri dici possit. 18
Dices: Item: Estimatio proportionis ad meritum congruum requisitae
maxime pendet a communi sensu condecenter et Doctorum; hi
vero censent fere omnes, inter merita progenitorum et
substantiam Incarnationis dari sufficientem proportionem ad hanc
de congruo promerendam.

R. Comunem sensum potiùs nobis non adversari, sed potius
favere, non enim censent obsequium vilissimum esse de
condigno mereri unum solummodo denarium libere proportionatum
cum integro millione aut toto aliquo Regno ut hoc mereri
posset de condigno, est autem major adhuc distantia
et minor proportio inter actus pura creatae et unionem
hypostaticam; ergo mereri non libere tales actus sufficientes
proportione ad merendam hypostaticam de condigno, ergo
nihilominus dicunt puram creaturam de congruo mereri potuisse Incar-
nationem, intelligendi sunt vel de merito Incarnationis quo ad circumstantias eius
~~[illegible] imo tum [illegible] [illegible] [illegible]~~ hypotesi,
vel de merito congruo late et impropriè accepto, vel demum ex hypotesi
quod substantia Incarnationis aliàs liberaliter decreta fuerit, in quo sensu pura
creatura mereri posset vult, ex hypotesi, quod Deus aliunde iam ac sine respectu
ad ullum meritum creaturae decrevisset assumere aliquam humanitatem, hanc potius
assumeret quam aliam, quod sit à nobis transmitti sicut transmitti sit, quod licet
rusticellus vilissimo obsequio ne quidem de congruo mereri posset absolute adoptionem
sui in filium Regis, posset tamen mereri ex hypotesi, quod Rex aliunde iam statuisset
aliquem filium rustici adoptare, in suum se potius adoptaret, qui tenue saltem
19 obsequium praestitisset Regi, quam eum, qui nullum penitus exhibuisset.
Obj. 2. qui potest mereri vitam aeternam, potest etiam mereri illud sine quo vita aeterna
haberi nequit: sed antiqui patres merebantur vitam aeternam, ad quam pervenire
non poterant nisi per Incarnationem; ergo meruerunt etiam Incarnationem. Resp. imo obiectionem
probare puram creaturam posse etiam condignè mereri Incarnationem, sicuti potest condigne
mereri finem suum scilicet Dei possessionem. R. vel directe negando majorem, alias enim
merendo vitam aeternam, ipsam etiam existentiam Dei mereremur, quia sine
hac illam consequi non possumus, igitur ut S. Thom. observat, quaedam sunt, quae
non solum requiruntur ad praemium, sed etiam praerequiruntur ad meritum, uti
divina bonitas, et eius gratia et ipsa hominis natura, similiter etiam Incar-
nationis mysterium est principium merendi, quia de plenitudine Christi omnes
accepimus. Adde quod licet antiqui patres vi praesentis decreti non potuissent
consequi vitam aeternam, si incarnatio non fuisset data, absolute tamen id non fuerit
impossibile, quia Deus etiam sine Incarnatione remittere potuisset peccata
et infundere homini gratiam dependenter à qua ille vitam aeternam et
mereri potuisset et obtinere.

Obj. 2. peracto unico perfectae contritionis actu potest de congruo mereri
pro omnium peccatorum quantumvis enormium et plurimorum aeternaeque poenae 20
remissionem, dum Dei amicitiam ac filiationem, atque etiam de condigno immo
gloriam et ius ad infinita bona tota aeternitate possidenda: ergo etiam pura creatura
maximis a Deo gratiis cumulata eique amicissime coniuncta mereri potest
unionem hypostaticam. non enim videtur esse maior proportio meritorum tanti
amici respectu unionis liberaliter dandae, quam contritionis ab inimico
Dei eliciendae respectu praedicti praemii. Respondeo nego con. ad probationem
dico maiorem esse convenientiam et proportionem contritionis perfectae
supernaturalis ad remissionem peccatorum; ad gratiam et gloriam tum propter
rationem conclusionis quam impugnat, tum quia est eiusdem ordinis supernaturalis
tum quia amor Dei etsi non procedat ab homine ut formaliter amico non tamen etiam
procedit ab homine ut formaliter inimico pro eo instanti, quia pro illo
instanti ac priore naturae signo non praesupponitur peccatum habituale
alias enim pro eodem instanti coexisteret, alterum non posset infundi gratia 21
sanctificans, quod tamen falsum est.

Obj. 2. contra 2. concl.: humanitas Christi si extitisset prius tempore quam
verbo uniretur, potuisset mereri visionem beatificam, ergo et unionem hypostaticam,
quia visio beatifica cum sit ultimus finis hominis videtur esse maius bonum illis,
quam unio hypostatica, quae non est ultimus finis hominis. Respondeo nego con. ad rationem
dico, quod licet unio hypostatica non sit formaliter finis ultimus hominis, est tamen finis
ultimus radicaliter, in quantum praebet illi ius ad visionem beatificam
perfectiorem, quam qualem ullo actu mereri potest pura creatura ac propterea reddit 22
illam dignam praemio quocunque maiore et maiore in infinitum.

Obj. 3. contra 4. concl. Gloriosius est Christo si illud donum non sine merito
accepisse dicatur, ergo eius anima vel humanitas saltem pro priore signo
unionem hypostaticam meruit. Respondeo nego ant. quamvis enim ceteris personis
gloriosius sit bonum habere ex merito, quam sine merito, id tamen nec fieri
Christo nec Deo tam bene conveniebat, non Deo quia summum hoc donum
omnino gratis collatum magis eius liberalitatem commendat, non Christo quem
magis decebat ex eius operationibus theandricis magis tamen extollit
immo illud omnis omnino gratiae principium et omnium congruum scaturiginem, ex qua velut
a sole radii ab ea caetera gratiae in ipsam etiam humanitatem connaturaliter
profluerent.

23.

Obj. 6. David psalmo 44 canit dilexisti justitiam et odisti iniquitatem
propterea unxit te Deus oleo lætitiæ, quem locum Ap[osto]l[u]s de Christo
intelligit: ergo Christus, vel potius anima aut humanitas ipsius per amorem
Justitiæ meruit unionem, id est assumptionem humanitatis in Deum. Confirm[atur]
Apocalypsis 5. de eodem Christo dicitur dignus est Agnus qui occisus est, accipere
virtutem et ~~dignitatem~~ divinitatem, divinitatem autem accepit per unionem
hypostaticam. ergo dignus fuit, id est meritus fuit eam accipere;
ergo hanc unionem meritus est. et quia mereri illam non potuit Christus totus, quatenus
Deus, ante acceptionem, meruit illam acceptus humanitas ante
unionem hypostaticam iam creata. meruit illam ut anima et homo
humanitatis. R[espondeo] duplicem esse prioris loci expositionem. prima et commu-
nior negat per unionem intelligi assumptionem dictam, seu unionem hypostaticam, sed
intelligi tum gloriam accidentalem ac peculiarem Christi
uncta aliquos enim Resurrectionem, Ascensionem et exaltationem
nominis, vel dominationem ac Regnum, quod Christo post passionem traditum
fuit, ut in eo regnaret, ac iudicaret sceptro æquitatis. altera
expositio ait per particulam propterea denotari hic causam non
meritoriam sed finalem, ita ut sensus sit, propterea unxit te Deus unione
illa ineffabili unionis hypostaticæ, ut diligeres justitiam et odio
haberes iniquitatem, quarum nulla expositio obest nostris conclu-
sionibus. ad confirm[ationem] R[espondeo] dici posse item dupliciter
imo R[espondeo] supposito quod dignitas hic significet rationem
meriti proprie talis, cum etiam capite praecedenti
cedenti, dicatur de Deo, quod dignus sit accipere
gloriam et honorem et virtutem, cum tamen
proprie nihil horum sit meritus, sed nagis debito [illegible] omnia
debeantur. et aliqui loco divinitatis divitias legi volunt
alii vero melius per divinitatem intelligunt cultum divinum
ab Angelis et hominibus Christo tribuendum, quia hos post mortem
videmit. alias si unio hypostatica et ipsa divinitas intelligeretur
dicere oporteret Christum immo post mortem eam suis meritis acce-
pisse divinitatem quia
quis vi ipsius ea ideo dicatur dignus accipere divinitatem quia
occisus est. / Die paschalis 16 aprilis 1713 in [illegible] [illegible]
[illegible] descripsi [illegible]

Obj. 7. gtrac. ultimas Chrus pror sua merita praevisa antiquis 24
patribus x impetratorie x compensative meruit e gratias multiplices
illis datas, qua Chrus et eius merita a parte rei existerent, ergo per
eadem merita praevisa sic potuit etiam mereri sua in carnatione. R.
nego Con. quia merita Christi intrinsece constituebantur per unionem hypostaticam
non vero per gratias antiquis patribus datas, unde quamvis hae dari
potuerint in praemium meritorum Christi, non tamen sequitur quod in eorundem
praemium dari potuerit etiam ipsa unio hypostatica.

Obj. 8. si ipsum etiam principium meriti cadere potest sub meritum, tunc etiam unio 25.
hypostatica dari potuit in praemium meritorum Christi, non obstante quod etiam
ipsa intrinsece eadem constitueret, sed prius est verum. Maj. videtur certa
quia ideo tantum unio hypostatica non videtur potuisse esse praemium meritorum
Christi, quia ipsa quoque partialiter illa constituebat, et atque adeo erat
quoddam principium eorundem. Min. probatur exemplo vulgari, quo Rex aliquis
vellet, certum aliquem duce insigne victoriam obtenturum, tunc enim
posset Rex huic militi in praemium futurorum meritorum anticipato
dare equum et arma, quibus hic postmodum bene utens, eandem victoriam
obtineret: hoc in casu equus et arma essent principium meritorum et tamen
simul essent praemium eorundem, sive deinde Rex praemium anticipato
daret, ut eadem victoria obtineretur, sive quia haec erat unde unde
demum obtinenda: in quorum priore casu merita illa futura haberent
rationem finis et spectarent ad genus meriti compensativi. in posteriore
vero haberent se per modum causae moralis, atque ita ad genus meriti
impetratorii pertinerent, ergo potest etiam ipsum principium meriti cadere sub
meritum et esse praemium eiusdem. Respondeo dist. Maj. si ipsum etiam principium
meriti intrinsece constitutivum eiusdem in valore illius cadere potest sub
meritum, tunc etiam unio hypostatica dari potuit in praemium meritorum
Christi Con. si principium aliquod meriti praecise effectivum eiusdem, non vero
simul etiam intrinsece constitutivum illius, cadere potest sub meritum, tunc unio
etiam hypostatica in praemium meritorum dari potuit nego Maj. quod
Chrus non potuerit mereri unionem hypostaticam probamus nos ex eo
quod fuerit principium formaliter ac gorbet in ratione meriti illa
constituerit, ideo quia si esset praemium eorundem meritorum, meritum esset
praemium suiipsius, quod videtur esse absurdum

Et n. sequeretur ex eo, si ipsum mere effectivum meriti cadere
posset sub meritum. unde dato qd hoc per se ipsum fieri possit
in Ven. Scoto, qd fieri possit em [illegible] [illegible]
Obij. 9. pt aliquis mereri seipsum atque adeo esse praemium
26 sui ipsius: qd em meritum e aliqd constitutivum ipsius pt mereri
seipsum et esse praemium sui ipsius. consequentia patet, quia n. e aliud
praemium magis debeat esse proportionatum a merito et constitutivum
illius, quae ab ipso merente. ant. vero probat pt aliquis
mereri conservationem sui: sic autem mereret seipsum et sic praemium
sui ipsius: qd u aliq. Christus de facto meruit conservationem sui
adeoque em unionis hypostaticae et reproductionem illius post
triduum mortis, per quod partiales erat perdenda, et perpetuitatem
ipsius: qd de facto meruit unionem hypostaticam. Resp. dist. ant. pt
aliquis ex hypotesi: eidem alunde tam simpliciter habita
pro aliquo instanti mereri seipsum pro alio quodam instanti
transeat, absolute et n. facta tali hypotesi, autem pro eodem
instanti, in quo datur meritum nego ant. Rad. quia, licet aliquid
mereri possit quodammodo seipsum, seu continere meritum sui ipsius
pro diversis instantibus et n pro eodem est, quia res ut existens
in pluribus successive instantibus, quamvis realiter sit una eademque
tn aequivalenter e multiplex, et ut existens in priori instanti
est pt indifferens, ut existat em in sequenti, et sic siem ins
sequenti conservetur, esse pt quasi lucrum qdda superadditum
sibi ipsi, ut existenti in instanti praecedente, quare em intelligi
pt, ut existens in sequenti instanti esse praemium sui ipsius ut
merentis et continentis meritum in instanti praecedente.
opposito autem modo se res haberet, si aliquid ut existens in uno
instanti mereretur seipsum seu contineret meritum sui ipsius
pro eodem instanti. dixi autem transeat, quia dici pt, qd
qd aliquis mereatur conservationem sui, n. tam mereatur seipsum
qua actionem conservativam sui novamque durationem, sive qd
mereatur seipsum n. quo ad substantiam, aut quo ad aliquam
circumstantiam durationis longioris!

V certe si dici em posit mereri seipsu quo ad substa n̄ tn̄ mereat seipsu quo ad substa sumendo ter das in sensu praesentis quaestionis! quia n̄ mereat absolute ut simpliciter aliqd existat sed tm ex supposito qd alunde erem existat simpliciter mereat ut existat diutius sed affirm. negat a multis salva probles ant. ergo hae ora alunde tam ac praescindendo a meritis Chri lingua naali Dei filio debita fuerint, neqs convenientes in praemium det aliqui id, qd alunde iam e ipsi debitu. Po est em transmitti ant. et dir. con. qd Chrus de facto meruit unione hypostati ea quo ad aliqua circumstantia longiorisque duraois trans. em quo ad substa nego ad substa in sensu praesentis quaestionis, nego, in alio sensu trans con. quaestio hic n̄ e an Chrus ex hypotesi qd ipse eam tum unio hypostatica alunde iam exstiterit simpliciter pro aliquo instanti mereri potuerit ut conservaret diutius, sed utru absolute mereri potuerit, ut ea sua simpliciter haberet aliqd v. et hoc solu a nobis negat neqs oppositum probant affirm.

art. 2. an progenitores Chri aliive patres antiqui meriti sint Incarnaoe quo ad circumstas, et specialiter an B. Virgo merita sit maternitatem.

Artlg 29

An Progenitores Chri aliive patres antiqui meriti sint Incarnaoe quo ad circumstantias et specialiter an B. Virgo merita sit Maternitatem.

27 Tres potissimum sunt circumstantiae Incarnationis, de quibus hic quaeritur, nempe Stirpis, Temporis, et Loci. Praecipue vero quaeritur de Maternitate, an eam tamen B. Virgo fuerit merita

28 Dicendum 1mo cum plerisque theologis contra paucos quoad progenitores Christi nullam huiusmodi circumstantiam de facto meritos fuisse condigne. Ratio est quia universim merita iustorum per se et de natura sua ordinantur solum ordinantur solum ad augmentum gratiae sanctificantis et gloriae aeternae inquantum ad praemium condignum quod nullum aliud condigne merentur: ergo cum nulla efficax ratio suadeat seu respectu B. Virginis aut aliorum progenitorum ab ordinaria remunerandi via discessisse, dicendum est eos de facto tales circumstantias condigne meritos non esse, cum Scriptura et Patres facile de merito congruo intelligi possint.

29 Dicendum 2. Beatissima B. Virgo Maternitatem meruit saltem de congruo. Ita cum S. Thoma hic quaest. 2 art. 11 plerique theologi contra nonnullos qui in B. Virgine nullum prorsus meritum Maternitatis agnoscunt, vel non nisi dispositivum; quod illud proprie ac simpliciter meritum non est. Suadetur autem colligitur imo illud Lucae 1mo: Beata quae credidisti, quoniam perficientur ea, quae dicta sunt tibi a Domino; ubi S. Elisabeth merito fidei adscribit, quod in B. Virgine illud mysterium sit perfectum. Suadet 2: auct: Patrum, quos inter S. August: serm: de Nativitate talis, inquit, elegit Virgo, quae illum libere meruit ut Dei filium in se susciperet. Petrus Damiani serm: 2 de assumptione. Singularis eius sanctitas et gratia hoc promeruit quod susceptione Dei singulariter iudicata est digna, similiter et alii passim loquuntur, adeo ut Vasquez hic disp. 23 cap. 2 testetur uno ore fateri omnes beatam Virginem sui vita sanctitate meruisse concipere Regem Caelorum et eius, quibus etiam applaudit Ecclesia canens tempore Paschali: Regina Coeli laetare alleluya, quia quem meruisti portare; et quamvis interdum Patres nomen meriti accipiant in lata et impropria significatione ubi nulla intercedit actio humana cui fiat aliqua remuneratio, et talem de ipso peccato cum canat: o felix culpa, quae talem ac tantum meruit habere Redemptorem; tamen ut Vasquez et alii recte observant, quoties aliquis mereri aliquid dicitur ratione sanctitatis et bonorum operum meritum in propria accipiendum est, et significatione nempe pro merito de condigno vel congruo etc.

Suadet 3. quia hoc ex una parte gloriosius est Virgini, ex altera parte merita eius tali praemio nequaquam erant improportionata, nec talia apparet ratio cur illis non competit Maternitatem mereri saltem de congruo, aut de facto promeruisse.

Dicendum 3. probabiliter etiam alios quosdam progenitores Christi patresque antiquos meruisse de congruo circumstantias aliquas Incarnationis. Ita communiter plerique Theol. cum S. Tho. Suadetur prius: tum, quia ex una parte non habetur ratio efficax tale meritum progenitoribus Christi aliisque patribus denegandi, et ex altera parte cum sacra scriptura probabiliter illis non leviter annuat, cum etiam SS. Patres magno satis id confirmant numero. Sic quod attinet ad circumstantiam stirpis Gen. 23. dicitur Abrahamo: quia fecisti rem hanc, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicentur in semine tuo, id est in Christo, uti Apostolus ad Galatas 3. exponit, omnes gentes terrae. ex quo loco satis colligitur Abrahamum obedientia sua meruisse, ut ex ipsius stirpe Christus nasceretur. Non minus aperte etiam Regi q. Davidi promissum est, quod ex eius Stirpe nasciturus esset Christus propter religiosam voluntatem, qua templum Dei aedificare paraverat. Quod attinet ad circumstantiam temporis, constat ex scriptura patres antiquos Incarnationis accelerationem ardenter suspirasse et a Deo petiisse: hoc enim indicant Regium Prophetae orationes psal. 79. et 84. Cito anticipent nos misericordia tua. Ostende nobis Domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Item illa verba Isaiae 45. et 64. Rorate caeli desuper, et nubes pluant justum. utinam dirumperes caelos et descenderes! Iam vero uti S. Thom. observat, congruum erat, ut Deus exaudiret eos, qui ei obediebant, cum alias quoque praemium hoc huiusmodi desideriorum ac precum dignitatem nequaquam transcenderet. Danielis quoque 9. indicatur, propter eiusmodi desideria ac preces abbreviatum fuisse tempus adventus Christi. Et Simeon et Anna, de quibus Lucae 2. fit mentio, pie creduntur suis precibus meruisse, ut viderent adhuc Christum, eoque hii ipsorum adhuc tempore nasceretur. Denique quod attinet ad locum circumstantiam, credibile est, hanc quoque ab iis petitam fuisse, ut nempe Christus in eorum terris nasceretur, in quorum sancte intuitu dixisse nempe Matth. 10. et in quibus suos quoque posteros fore sperabant, nempe in terra S., Israelitarum, ut etiam quo ad hanc circumstantiam desideria eorum ac preces exaudirentur. 31.

Obbiicio contra ima partem: B. Virgo ab Ecclesia dicitur fuisse digna habita cultu Filii Dei, digna portare Regem Caelorum

Idem ā S. patribus passim asserit. q̄d merita ē Maternitaē digne. R. nego con: pt enim aliquis ēe dignus munere aliquo aut favore, quin illud condigne mereat, imo sic ei merito amaggno ut si ā principe alicui conferat officium tanquā valde idoneo licet nullum adhuc obsequium Regi praestiterit, talis ē dignus isto officio. licet illud officium n̄ sit promeritus.

32 Obst. 2. Potuit B. Virgo condigne mereri augmentū gratiae sanctificantis et vitae aeternae. q̄ et Maternitaē. quia quilibet justus hab. gratiae sanctificantis ē aliquid excellentius maternitate sua per gratiā enim fiat amicus Dei, filius adoptivus et haeres, quorū nihil praestat Maternitas Dei sic praecise spectata. ideo q̄ Christus Lucae 11 mulieri quadā extollens vocē dicenti ad Christū: Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti, reposuit Christus quin imo beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud, quasi diceret, uti S. August. tract. 10 in Joanne explicat: et Mater inde felix quia verbum Dei custodivit, n̄ quia in illa verbum Caro factum ē unde idem S. Doctor lib. de sancta virginitate cap. 3. ait: beatior fuit Maria percipiendo mente quam ventre. R. transeat tota n̄ enim hoc negat in quaestione, cum solum dicamus B. Virginem de facto per opera Maternitaē n̄ fuisse meritam condigne licet eā forte mereri potuerit.

33 Dices. 3. B. Virgo de facto merita ē simpliciter Maternitaē et merita ipsius aequalia fuerunt huic praemio. ergo merita ē eā de facto condigne. R. de facto merita ē maternitaē simpliciter uti fatemur in 2. conclus: et merita ipsius fuerunt aequalia huic praemio cum aequalia fuerint augmento gratiae, q̄d tn̄ maius ē ipsa dignitate maternitatis. q̄d hanc meruit de condigno. R. dist. Maj. si merita ē simpliciter Maternitaē et merita ipsius aequalia fuerunt huic praemio, et merita ē eā condigne, nisi meritis ipsius jam aliud retributum fuerit praemium aequale, ipsa augmentū gratiae sanctificantis con: sic cg nego Maj. licet ergo illius merita fuerint aequalia Maternitati acceptae seorsim ā dicto augmento gratiae quod tamen non fuerit aequalia toti complexo ex augmento gratiae et Maternitaē simul. Unde licet Maternitaē merita fuisset condigne, si n̄ aliud jam praemium accepisset, n̄ tn̄ sequitur, q̄d de facto utrumque simul praemium merita sit condigne.

Si ccs ulterum qui ꝯdigne meretur id quod est maius meretur eminenter aliud quod est minus. ergo si B. Virgo merita est ꝯdigne gratiam, quae minus quid est quam Maternitas, merita etiam est ꝯdigne Maternitatem. Resp. dist.: ant. si illud minus includitur in altero majore Con.: secus nego ant. Sic licet auxilium efficax minus sit donum quam gratia habitualis et gloria, non ideo qui hanc etiam illud ꝯdigne meretur. neque si quis obsequio aliquo meretur ꝯdigne mille aureos in quantum praemium meritio aequale, hoc ipso per idem obsequium meretur insuper ꝯdigne equum ꝯstantem quinquaginta aureis, eoque minor huius equi valor sit quam mille aureorum. 34

Obiectio 3. B. Virgo meruit ex gratia sibi data illum puritatis et sanctitatis gradum, ut ꝯgruenter posset esse Mater Dei, ergo cum gradum illum puritatis et sanctitatis meruerit ꝯdigne, meruit ꝯdigne etiam ipsam Maternitatem. Resp. nego Con. quia licet ꝯdigne merita sit gradum illum puritatis et sanctitatis habitualis, per hunc tamen non est merita novum praemium, et quamvis per eosdem actus per quos hunc sanctitatis gradum merita est ꝯdigne, etiam merita sit aliud insuper praemium ipsam nempe Maternitatem, tamen non sequitur quod etiam hanc per eosdem actus merita fuerit ꝯdigne, ut patet ex dictis. 35.

Obiectio 4to contra ꝯ. gelus: ipsa B. Virgo in Cantico Magnificat Dei non suis meritis, sed Dei potentiae ac bonitati magnitudinem suae dignitatis adscribit, et qui magna sibi fecisset, et humilitatem ancillae suae id est vilitatem ac indignitatem suam gratiose respexisset. Angelus quoque apud Lucam imo ait, Invenisti gratiam apud Deum, Ecce concipies in utero et paries filium: ubi enim est meritum, iam non est gratia iuxta illud Apostoli ad Romanos 4: ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam sed secundum meritum. idem testari videtur S. Bern. in recolendis B. Virginis meritis, alias minime parcus, tum sermone de Nativitate Mariae loquitur, quarantalis meritum non invenire gratiam studeamus. Mariam praevenit meritum sed gratiam quaeri

Huic granant alii cum patre, ac Suarez disp. 10 sect. 4 citato, quod nullo modo nec congruo meruit Maternitatem. Resp. imo opponendo testimonia aliqua tum S. Elisabetha tum S. Patrum tum Ecclesiae num. 29 citatu. Resp. 2o nego con: testimonia enim in contrarium adducta satis falsant, et nostra testimonia cum his optime conciliantur, si dicatur quod B. Virgo non promeruit maternitatem de condigno, licet eam promeruerit de congruo, sic enim tantum verum est, quod ad illam Matris dignitatem pervenerit ex gratia et misericordia, sine [illegible] aliter ad meritum illius tum cum praeter intendere quidem, quamquam ipsa sua merita habuit de [illegible] divina gratia cum in fine apti collatam ut maternitatem mereretur praeter vero, quamquam illa merita non respectu a Deo debebant acceptari in ordine ad hoc praemium, cum aliunde iam in se [illegible] praemium aliud [illegible] dignitati adaequatum ipse augmentum gratiae sanctificantis. Apostolus vero quo loco citato meritum opponit gratiae, loquitur de merito [illegible] ex viribus naturae habito, non fundato in gratia superaddita naturae, quale meritum neque [illegible] habuit B. Virgo ad Maternitatem.

37 Obj. 5. B. Virgo iam antidotae ad omnia sua merita ob futura merita Christi accepta fuit [illegible], nata est in gratia et maximis aliis privilegiis et favoribus fuit affecta, quia erat futura Mater Christi: quod [illegible] merita [illegible] placebat hanc dignitatem. Resp. nego ant. non enim ideo sanctificata Deo gratiis fuit praeservata, quia futura erat iam aliunde Dei Mater, sed [illegible] ab illis dignum aliis Dei habitaculum pro ut Ecclesia testatur effici mereretur.

38 Obj. 6. non est praesumendum de humilitate ac modestia Virginis, quod ante adventum Angeli cogitaverit, nedum desideraverit, ut ipsa in Dei Matrem assumeretur: quod hanc dignitatem non meruit. Resp. nego con: et suppos: quod ad [illegible] meriti ac praemii requiratur, ut illud explicite et distincte ad hoc est merendo ordinetur, sed sufficit [illegible] quod [illegible] Deo offerat implicite ad omnes illos fines, per quos divina bonitati placuerit illum remunerari.

Imo nec hoc quidem requirit, cum saepe eliciamus actus meritorios quin sit ullo modo eosdem ad praemium referamus, ut cum Deum summe bonum diligimus propter ipsum nihil cogitantes de praemio huic actui retribuendo.

Obj. 7. Si B. Virgo merita est de congruo maternitatem, hoc ipso etiam 39
de congruo merita est gratias majores et majores in infinitum; hoc est falsum; ergo. Prob. min. tamen ex dicto, quod majoribus sit maternitati Dei deberent gratiae majores quam ulli alii purae creaturae; ideoque si angelo supremo de facto millecuplo majores gratiae, quam de facto habet, collatae essent, etiam aequales illis, quas B. Virgo de facto habet, adhuc majores Matri Dei conferri debuissent, et sic progrediendo in infinitum; ergo si merita est maternitatem de congruo, merita est gratias et gratias plures et majores in infinitum. R. imo nego majorem ad probationem nego ant. licet enim convenientissimum sit ut Dei Mater habeat majores gratias quam ulla pura creatura, ac de facto Deus illam voluerit habere majores, tamen ita proprie loquendo ipsi non debebantur; neque ad illas per se titulus maternitatis jus ipsi tribuebat. R. 2. nego majorem ad probationem distinguo ant. nego cons. Cum enim de facto maternitati B. Virginis collatae non fuerint absolute gratiae majores quas qualis de facto accepit, non sequitur quod de facto plures ex eo, quod merita sit de facto maternitatem, merita sit gratias majores et majores in infinitum, quod autem eidem maternitati in aliis circumstantiis (in quibus nempe Deus etiam aliis puris creaturis conferre voluisset gratias multo majores, quam de facto illis contulit) deberi potuissent alia gratiae multo adhuc majores illis, quas B. Virgo de facto recepit; ex hoc tamen non sequitur, quod etiam de facto merita sit illas alias gratias, nec etiam sequitur, quod maternitatem non potuisset in illis aliis circumstantiis mereri simpliciter per ulla merita, sed ad summum sequitur, quod tunc mereri illam non potuisset per illa merita, quibus nunc merita est maternitatem, sed opus habuisset aliis majoribus meritis, quod nihil est contra [illegible]. 40

Obj. 8. Nulla pura creatura potuit mereri de congruo, ut aliqua sui pars integralis hypostatice uniretur Deo; sed hoc meruisset B. Virgo, si de congruo fuisset merita maternitatem; ergo ...

R. dic: Maj. nulla pura creatura est hoc mereri absolute seu in facta aliunde hypotesi qd Deus assumere velit aliquam humanitatem con: nulla est hoc mereri qdlibet parte stante ea dicta hypotesi nego Maj. et subdis hyp. est hoc mereri ita ut simul mereatur ut pars illa assumpta maneat in eodem supposito merentis transeat. n. est hoc mereri ita, ut pars assumpta transeat in suppositum diversum ac distinctum, nego Maj.

41 Obj. 9. contra a. M. simul esse Matrem et progenitorem Christi etiam includit ipsa substantia Incarnationis: ergo si B. Virgo aliique progenitores meruerunt Maternitatem de congruo ut alias ex ipsorum stirpe nasceretur Christus, hoc ipso meruerunt taliter etiam substantiam Incarnationis. Consequentia contradicta: ergo probo Conseq. circumstantia temporis et loci consimiliter, certis ubicationibus et durationibus Christi, qui taliter modo exigunt existentiam sui subsisti; ergo si progenitores meruerunt has circumstantias etiam meruerunt existentiam Christi, quod hic negatur. R. dic: con: qd si progenitores meruerunt absolute, meruerunt taliter etiam substantiam Incarnationis con: si solum ex hypotesi priori numero indicata, tunc progenitores illud meruerunt nego con. ut dictum ad confirm.

42 Obj. ultimo si B. Virgo, sic idem est de aliis progenitoribus merita est facta de congruo Maternitatis, tunc dabitur mutua prioritas inter merita Christi et inter merita B. Virginis, quod contrarie dicitur repugnare: ergo Maj. prob. si B. Virgo merita est de congruo maternitatem, tunc ipsius merita fuerunt priora natura ad actionem productivam Christi ex B. Virgine, quod ipsum influunt, quae Mater praestare solet in generatione, et ita quo Mater denominatur. et per consequens videntur eadem merita B. Virginis fuisse priora natura ad ipsum etiam Christum, quia quod est prius natura ad actionem productivam alicuius effectus, videtur hoc ipso prius natura ad eundem effectum. Si autem fuerunt priora natura ad Christum, fuerunt etiam priora natura meritis Christi omnibus quia Christus fuit prior natura omnibus illis, et quod est prius priore, est etiam prius posteriore: ergo merita B. Virginis fuerunt priora natura ad ora merita Christi.

Iam verò enim Merita Christi vel omnia vel saltem aliqua fuerunt priora naturâ ad omnia Merita B. Virginis: quia fuerunt priora naturâ ad omnes gratias B. Virginis aliisque hominibus ante Christum existentibus collatas. Cum omnes illae iuxta communem Theologorum datae ipsis fuerint in praemium anticipatum meritorum Christi, quae futura esse ab aeterno praevidebantur. quod si verò merita Christi priora fuerunt naturâ omnibus gratiis B. Virginis datis, eo ipso fuerunt priora naturâ ad merita B. Virginis, cum aliqua saltem ex illis gratiis fuerunt priores naturâ ad merita B. Virginis, per quae illa meruit Maternitatem: quod enim merita saltem aliqua Christi fuerunt priora naturâ ad merita B. Virginis. Sic autem datur mutua naturâ prioritas inter merita B. Virginis et inter aliqua saltem merita Christi: quod. Rursum subsistentia B. Virginis et actionum progenitorum Christi fuit prior naturâ in genere causae physicae ad subsistentiam Christi et meritorum eius, quia B. Virgo fuit causa physica Christi, et ceterum in genere causae physicae fuit prior naturâ ad actionem generativam Christi, adeoque enim tradi ipsum Christum et consequenter illius merita. vicissim autem haec Christi merita in genere causae moralis fuerunt priora naturâ enim ad subsistentiam B. Virginis et progenitorum ac actionum Christi progenitorum; nam merita Christi fuerunt priora naturâ ad gratias parentibus B. Virginis gestas, haec verò ad preces aliaque merita eorundem, ista verò ad subsistentiam B. Virginis, ut patet, quia, si preces et merita parentum non fuissent, nata esse illis non fuisset, res enim nasci ex iisdem naturaliter potuisset, eo quod erant steriles. Idem dic de Rege Ezechia, qui per preces obtinuit miraculosam prolongationem vitae ad alios 15 annos. intra quod tempus genuit postea Manassen, qui fuit unus ex progenitoribus Christi; cuius generatio quoad subsistentiam acceptus fuit prior naturâ ad preces Ezechiae, et haec ad subsistentiam Ezechiae post illos ulterius prorogatam, haec verò ad subsistentiam Manassis, et haec ad subsistentiam Christi. Idem enim dic de Isaaco, quem Abraham à Deo precibus aliisque bonis operibus impetravit, qui deinde fuit unus ex progenitoribus Christi.

43 Resp. ad hanc difficultatem imo nego Mi. Cum multis Recentioribus, qui n. horrent admittere mutuam prioritatem inter duas causas morales, et inter unam physicam et alteram moralem. quod si vero n. universim implicat omnis mutua natura prioritas, n. apparet ratio specialis, cur n. admitti illa possit cum in praesenti casu inter utraque progenitorum data, et thalami merita Christi, et etiam inter suffragia progenitorum Christi, et mater merita ipsius

44 Contra hanc Responsionem dices: iam si merita Christi fuerunt priora natura ad suffragia etiam B. Virginis et hac vice primum ad illa sequitur quod aliquid possit esse prius natura ad primam sua causa; sed hoc est impossibile: quod [illegible] dist. Maj. sequitur quod aliquid possit esse prius natura ad sua causa intentionale con. etiam physica prius natura ad sua causa intentionale con: causando illa physice: causando illa intentionaliter tantum con: causando illa etiam physice nego Maj. in casu nostro B. Virgo dicitur prior natura ad merita Christi, quae tamen erant causa solum intentionalis B. Virginis seu intentionaliter tantum in illa influentia merita Christi vero, erant priora natura ad B. Virginem, quae fuit causa physica, mediante meritorum Christi, eadem tamen merita in B. Virginem n. physice sed intentionaliter tantum influebant. porro autem, sicut absurdum n. est, quod aliquid sit prius natura ad sua causa finale, ita absurdum n. est, quod aliquid sit prius natura ad sua causa morale. Rursus, sicut absurdum n. est, quod causa finalis intentionaliter influat in sua causa physica, ita absurdum n. est, quod causa moralis intentionalem influat in sua causa physica.

45 Dices 2: ex data num. 43. Responsione sequitur, quod aliquid ut realiter existens possit esse prius et posterius natura respectu eiusdem effectus, hoc vero implicat quod. Resp. disting. sequitur quod aliquid ut realiter existens, hoc est, ipsa existentia realis alicuius possit esse prior et posterior in eodem

genere causae physicae respectu eiusdem effectus nego sequelam quod possit esse prius et posterius in genere causae respectu eiusdem effectus in diverso genere causae, prius puta in genere causae physicae posterius in genere causae intentionalis vel etiam in eodem genere causae intentionalis, sed tamen respectu diversarum volitionum: Con: Maj: C.

Dices 3. sequitur item quod idem possit esse prius natura seipso 46.
quia potest esse prius prior, et quod est prius priore, est etiam prius posteriore: hoc amplificat. Respondeo dist: Maj: sequitur quod idem possit esse prius seipso causando physice seipsum tamquam causa sui physica nego. Causando physice causa sui morale quatenus intentionaliter influit in effectum, vel causando intentionaliter causa sui physica transeat Maj: 47.

Dices 4.